



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De dono Pietatis. Pars IIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](#)

breuis, & leuis, & fructuosa: sed futura est longa, & grauis, & in-
fructuosa: quia si aliquis fleret in inferno tantum lachrymarum
quatum est aquae in toto mundo, non sufficeret ad ablutionem
peccati vnius mortalis. Plus virtutis haberet hic lacryma, quam
omnes illae. August. de Fide, ad Petrum: In inferno eti erit sim-
ulus pœnitudinis, nulla erit ibi correctio volutatis, à quib' ha-
culpatur iniquitas sua, vt nullatenus possit ab eis vel diligi vel
desiderari iustitia. ¶ Præter prædicta notadū quod malis dolis
venier ex diuersis causis. Primo, ex bonorum temporalium amissione. In Psal. Qum interierit, non sumet omnia, neq; deser-
det cum eo gloria eius. Secundo, ex hoc quod tempus mete-
di transiit. Ierem. 8. Transit ætas, finita est mens, & nos salvi
non sumus. Tertio, ex amissione æternæ gloriae. in Psalm. Pon-
eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui, id est, dum sandi
vultum vel faciem tuam videbunt. Chrysostomus: Omnes gehæc
superat cruciatus, carere bonis quibus in potestate habueris per-
fici. Quartò, ex prava societate. Socios enim habebunt dæmosti
horribiles, & homines igne infernali exustos. Esa. 13. Vnusq[ue]
ad proximū suum stupebit, facies combustæ vultus eorum.
Nahū 2. Facies omnes sicut nigredo ollæ. Ioél. 2. Omnes vultus
ei⁹ redigetur in ollā. Quinto, ex loci qualitate, qui erit tenebro-
sus & fumosus, q; valde graue erit dixitib⁹ q; in presenti domo
volet habere sine fumo. Esa. 65. Isti fumi erunt in furore meo.

De dono Pietatis.

P A R S I I I I .

D Onū Pieratis ascendendo est post donū Timoris. Aug. in
quodā sermone de Timore: Esaias sapientiæ adiunxit in-
tellectū: tanquam querētibus, vnde ad sapientiā veniretur? Respo-
deret, Ab intellectu. Vnde ad intellectū? A cōsilio. Vnde ad consiliū?
A fortitudine. Vnde ad fortitudinē? A sc̄ientia. Vnde ad sc̄ien-
tiā? A pietate. Vnde ad pietatem? A timore. Grego. super illud
Iob 1. Ibāt filij eius, &c. videtur velle, quod pietas prout est vnu
de septem donis, pro misericordia sumatur. Dicit enim, Pieras
opera misericordiæ docet. Et paulo post dicitur in eadem glo-
Pietas sine scientiæ discretione quomodo misereatur, ignorat
Glo. verò super 5. Matt. videtur velle, quod Pietas sumatur pro
cultu Dei, seu pro veneratione rerum sacratum. Dicit enim: Se-
cūda est pietas, quæ conuenit mitibus: qui enim piè querit, ho-
norat sancta. Et idem videtur Aug. cum Greg. sensisse: quia se-
cundū Aug. pietas hominē iugō Dei subiicit, tanquam animal mā-
suetū. Sicut timor iugū diaboli abiicit, si pietas Deū coli vel ho-
norari facit. Et adaptatur donū timoris humilitati seu pauperi-

tati spir-
ni, vnde
etificat
litterati es-
Dei. Be-
secundu-
mitantur
misericordia
egētem
pauperi
honorā
naturarū
num er-
lis semper
dū, quo
sericordia
recordia
sic distin-
Pietas a
cōsistit
sericordia
quod pī
dei, m
Misericordia
naturali
quia filii
reputat
tatione
statu de
Cien
Sest h
Et sumi
lophii,
ter: Sapie
quoque
& sapie
stitione
ante ser-
natū cogi-
tatione

D E D O N I S.

603

tati spiritus, quæ laqueos diaboli euadit: pietas verò māsuetudini. vnde dicit Aug. In timore cor contritum & humiliatum sacrificatur Deo. Vnde a se editur ad pietatem ut nō resistatur voluntati eius ut dicatur. Nō quod ego volo, sed quod tu. In timore Dei. Beati pauperes spiritu. In pietate verò, Beati mansueti. Et secundum veritatem misericordia & veneratio sanctorum cōcomitantur se. Misericors enim Deum veneratur in paupere: im-misericors verò Deū in paupere despicit. Pro. 14. Qui caluniatur egētem, exprobrates factori suo: honorat autē cum, qui miseretur pauperis. Honoratur etiā angeli in pauperibus, quum pauperes honorātur propter angelos eis ad custodiā deputatos, & contēnuntur angeli in contēptu pauperū. Matt. 18. Vide te ne contēnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum in ecclis semper vidēt faciem Patris mei, qui in calis est. ¶ Et notandum, quod aliquibus videtur pietas prout est donū, differre à misericordia in hoc, q̄ pietas respicit spirituē necessitatem, misericordia verò respicit corporalē necessitatem. Occasionses verò se distinguenda sunt, ex eo, quod dicit gl. super illud 1. Tim. 4. Pietas ad omnia utilis. Omnis summa disciplinæ Christianæ cōsistit in pietate & misericordia. Connumeratur enim ibi misericordia & pietas tanquam diuersa. Aliquibus eriam videtur quod pietas reuelando miseriā proximi procedat ex principiis fidei, misericordia verò procedat ex principiis iuris naturalis. Misericordia dat pauperi eleemosynam, quia frater noster est naturalis eiusdem speciei nobiscū: pietas verò dat eleemosyrā, quia filius Dei est, vel membrū corporis Christi: vel quia Christus reputat sibi fieri quod sit pauperibus. De misericordia & venatione sacra: ū terū & creatoris & creaturū, habitū est in trattato de Iustitia: idē de dono pietatis breuiter hic pertrāsim⁹.

De dono Scientie. P A R S V.

Scientia, prout donum est, sic videtur posse describi: Scientia est humanarum rerū cognitione, saluberrimē fidei deseruiens. Et sumitur hęc descriptio ex verbis Aug. 14. li. de Trinitate: Philosophi, inquit, disputātes de sapientia, difficierunt eam, dicentes: Sapientia est rerum humanarum diuinarumq; scientia. Ego quoque vtrarumq; cognitionē, id est diuinarū & humanarum, & sapientiā & scientiam dici posse non nego, verum iuxta distinctionem Apost. 1. ad Cor. 12. Alij datur sermo sapientiæ, alijs autē sermo scientiæ. Illa distinctione dividenda est, ut rerum diuinarū cognitione propriè sapientia nuncupetur: humanarum verò cognitione, propriè scientiæ nomen obtineat. Nunc quicquid sciri

ab